

Opalus

scabritia, aut cuncta oculis occurrentia, nul-  
loſq; magis India ſimilitudine indiscreta  
uitro adulterat. Experimentum in ſole tan-  
tum eſt, falſis enim cōtra radios libratis di-  
gito a pollice, unus atq; idem tranſlucet co-  
lor in ſe conſumpius, fulgor ueri ſubinde  
uariat, & plus huc illucq; ſpargit, & fulgor  
lucis in digitos funditur, Appropinquant  
huic gemma alia quam Pederota nomināt  
et priuatum genus faciunt cum ſumma co-  
loris, ex aere & purpura conſtat, uiriditas,  
Smaragdī deeſt, nitet, ſed mollius. Opal⁹  
raroq; nō ſcaber, melior ille, cuius color co-  
lore uini fuſcatur, quoniam qui diluitur a  
qua. Tradit̄ naſci in, Ægipto & in Arabia,  
et uiliſſimi in Pōto. Item in Gallatia, & Cy-  
pro ac Tharſo, Amorē cōciliare creditus ē.

¶ De gemmis ceruleis & nigris.

¶ Reperiuntur & gemmæ cæruleæ, hoc  
eſt, quæ cœlum colore imitantur, ceu Sas-  
phirus, Cyaneuſq;, quamuis & nomine  
tali colos ſignificet̄ ut Plinius inquit. Eſt  
autem Cyane⁹ ex laſpidis genere cæruleo  
colore. laſpis enim ut dictum eſt cærulea cir-  
ca Thermodoontem amnem reperitur.

Optima ē Schytica, deinde Cypria, poſtre-  
mo Ægiptia. Theophrastus hanc gemmā  
in marem & ſœminam diſtinguit. dicens  
eam